Preterea. eentia materie prime indiuisibilis est de se et forma substantialis sub quolibet gradu sue nature sibi immediate vnus: vt supra probatum est. Indiuisibile autem ab vnico indiuisibili totum attingitur. ergo eentia mae prime ab vnico gradu infimo substantialis forme tota attingitur. non est igitur intelligibile quod aliquid finem se totum eque immediate simul attingat a pluribus ab ipso realiter differentibus. ergo eentia mae prime simul a pluribus gradibus formarum subalium attingi non poterit. vnde si solus gradus forme erit sicut in proprio susceptiuo et eentia mae prime. Alij vero omnes erunt in composito ex materia et aliquo gradu forme. Est autem quilibet gradus forme eentia liter actus substantialis: et quilibet actus substantialis quantu cumque imperfectus est ratio existendi simpliciter. quia aliter non distingueretur ab actu accidentali. si omnes gradus imperfecti substantialium formarum excepto vno tantum: erunt vt in proprio susceptiuo in simpliciter actu existente et per consequens erunt de necessitate accidentia. quod est impossibile. si impossibile est gradus imperfectos omnium substantialium formarum simul esse in eadem parte mae. **P**rimo numerata materia necesse est numerari et ea que sunt in ipsa. quia impossibile est aliquid vnus et idem numero si inueniri in pluribus numero ordinibus.

Materia autem que stat actu sub forma ignis si differt numero a materia que stat actu sub forma aeris: et a materia stante sub forma aque: et a stante sub forma terre. igitur et inclinatio forme que est in materijs quattuor eorum est necesse quod sit numero distincta et diuersa. Ponamus ergo elementa concurrant ad mixturem et deueniant ad finem generationem. completa itaque generatione asini: aut omnes quattuor anime asinine que in quattuor elementis erant inchoate corrumpuntur: aut alie perficiuntur et alie non: aut perficiunt omnes. Non potest dici quod omnes corrumpantur. quia finem istos per generationem rei forma in materia inchoata ad gradum completum deducit. Non potest etiam perfici vna sola. quia non est dare quare perficiat magis vna quam alia. perficiunt itaque omnes: et sic in asino generato erunt quattuor numero anime asinine complete. quod est absurdum. ergo absurdum

est in materia stante sub qualibet forma esse gradus incompletos omnium aliarum formarum.

Uiso ergo quod forma substantialis in sua eentia non habet realiter gradum et gradum: et quod dato ipsam gradum et gradum habere: non ideo tamen potest poni quod in eadem parte mae simul sunt gradus imperfecti omnium formarum substantialium.

Tertio videndum est breuiter: vtrum concessio quod forma substantialis preexistat in materia sub gradu sue nature incompleto: coagere possit motori ad sui productionem. Quod autem hoc sit impossibile facile est ostendere. Eius etenim est agere cuius est esse: cum agere presupponat esse: et nihil agat nisi finem quod est in actu: sed esse non est forme et si sit per formas. est autem compositum: igitur et compositum est agere. gradus autem forme est forma simplicitate: et non quid compositum ex materia et forma. ergo eius non erit esse nec agere: sed compositum ex ipso et materia: et cuius hoc compositum sit illud in quo actio recipitur. ergo aliquod ens agere poterit in se totum. quod est impossibile. nullam enim partem compositi est dare in qua non sit inchoatio forme inducende simul cum forma abijcienda.

Preterea. sicut in materialibus id quod est ratio essendi non est ipsum per se existens: sic etiam in eis id quod est ratio agendi: non est ipsum agens. est autem forma ratio agendi: sicut est ratio essendi. ergo forma non est agens. Multo igitur magis neque gradus incompletus forme poterit esse agens vel poterit agere: esse tamen poterit ratio agendi. Aut ergo erit ratio agendi ipsi exteriori agenti: aut illi quod recipit exterioris agentis actum: et in quo est ipse gradus incompletus forme inducende. Non potest autem dici quod ad proprium quod sit ratio agendi ad expulsionem forme que est ei a quo talis forma expellitur. primo quod quod forma non est ratio agendi ipsi rei in seipsum sed in aliud. Secundo. quia cum forma expellenda sit in tota subiecta rei et forma inchoata sicut vt supra diximus propter id quod non est dare quare forma inchoata sit in vna parte rei potest esse in alia: aliquid res in se tota agere poterit transmutando se ab vna forma in aliam. quod est impossibile. non potest ergo esse generalis forme ratio agendi ad expulsionem alterius forme illi a quo forma expellitur. Erit ergo ratio agendi exteriori agenti: sed hoc est inconueniens. primo quod quod forma est ratio agendi sicut et eendi ei in quo est. sicut. non vnusquodque est actu per suam formam et non per alienam: sic etiam nihil agit per formam in alio existem: sed solum per formam quam habet in seipso. Secundo. quia tunc superfluum erit ponere tale gradum incompletum in passiuo ad forme contrarie expulsionem et inductionem alterius. Cum enim agens extrinsecum in seipso habeat completam formam que est ratio agendi: et per consequens perfectam agendi rationem subtracto gradu imperfecto a passiuo: ad hoc agens exterior per suam formam: ipsum complete poterit transmutare. omnino igitur frustra talis actus incompletus ponitur in passiuo: cum nec sit ratio patiendi propter id quod hoc est potentia et non actus: nec sit agens: nec ratio agendi. vt ostensum est.

Questio

Habito ergo quod si gradus incōpletus forme inducēde sit in mā eo modo quo aduersarij ponūt: agere tamē vel coagere extrinseco motozi non potest. **U**teri^o quarto vidēdū est utruq; concessio etiā eis quod exteriori agēti coagat difficultas fugiat quam isti p suam positōem fugere se credebāt. Est autē difficultas illa p̄cipua de productōe formarū. dicunt enim quod si nihil forme ponat in materia ante generatōnem in qua postmodū tota inueniūt erit productū p generatōem aliquid de nihilo. quod est impossibile. **N**ō autē ipsi p suam positōem hāc difficultatē non fugiat facile est ostēdere. **A**ut. n. per generatōem productū aliquid de essentia forme quod prius non p̄fuit in materia: aut nihil. **S**i nihil productū per generatōem quod prius nō p̄fuerit in materia cum post generatōem inueniatur in materia forma cōpleta: sequit̄ quod forma cōpleta p̄fuerit in materia. et sic redibit op̄io de latitudine formarū. **S**i autē aliquid de essentia forme per generatōem productū quod prius non extiterit in materia: tūc oportet dicere unde producat̄. **A**ut enim productū vel accipit̄ de eēntia materie: aut de eēntia forme cōtrarie: aut de parte forme p̄existēte in materia: aut de eēntia compositi: aut decidit̄ a forma agētis. **N**on pot̄ dici quod accipiat̄ de eēntia materie. quia hec eēntia tota est potentia. id autē quod de eēntia forme productū est eēntialiter actus. **N**ō accipit̄ etiā de eēntia forme oportet. quia nihil quod est de eēntia vni^o oppositorū: pot̄ fieri de eēntia alterius. **N**ō accipit̄ etiā de parte forme in mā p̄existēte: nec de eēntia p̄existētis oportet. quia in neutro istorū vt etiā ipsi cedūt: h̄ actu fuit aī gnātōem. **N**ō decidit̄ etiā ab essentia forme gnātis ipsi. quia tūc quot gradus de eēntia forme gnātis pducit̄ p gnātōem: tot gradus erit necesse decidi ab eēntia forme ipsi gnātis. quia tūc quot gradus de eēntia forme gnātis pducit̄ p gnātōem: tot gradus erit necesse decidi ab eēntia forme ipsi gnātis. pducit̄ autē p gnātōem oēs gradus qui sunt de eēntia forme rei gnātis p̄ter infimū. gradus et ab eēntia forme rei gnātis oēs gradus decidēt p̄ter infimū: et remanebit p̄ se quēs gnātis de necessitate corruptū in eēntio gnātio nis. quod ē ap̄te falsum. **S**i ergo quod de eēntia forme p gnātōem pducit̄ non decidit̄ a forma gnātis: nec accipit̄ ab eēntia m̄ae: nec ab eēntia forme opposite nec a p̄existēte gradu eēntie: nec a p̄existētis eēntia cōpositi: aut dicat̄. h̄ quod de eēntia forme pducit̄ per gnātōem pducit̄ ex nihilo. quod nō volūt: aut dicant nobiscū quod illud p se nō pducit̄ sed p accētis ad pductionē oportet quod de mā pducit̄ in quā p̄fuit ratōne forme potētia: s; nō actu. et tūc adh̄ quod res nō pducit̄ ex nihilo dicat̄ nō requiri quod aliqd de forma aī gnātōem actu p̄existat in mā: s; quod fm se totā potēntialiter soluz in ipā p̄existat: sicut nos dicimus. **V**isa ergo op̄ione illorū ponētū formas substantiales in materia actu ante gnātōem existere sub gradu incōpleto sue eēntie: et visa etiā improbatōne ipsi^o: vteri^o vidēdū est aliquid de op̄ione

ponētū formas substantiales quā ad totalitatem sue eēntie p̄existere in materia sub quodā esse cōfuso. **A**d cuius op̄ionis intelligētiam sciēdū ē quod in formis accētialib^o extrarijs sic videm^o quod extrēa sub eē distincto accepta se inuicē circa idē nō compatūtur: sed potius nata sunt se mutuo expellere albedo et ei sub eē distincto accepta: nō compatūtur secū nigredinē in eodē: nec ecōuerso. **S**ub eē tamen indistincto et confuso se mutuo circa idē compatūtur. unde quia extrēa nō sunt distingere in medio: sed cōfuse simul in ipō sub quadā tamen cōfusiōe inueniūt. ab ista autē cōfusiōe deducunt̄ ad eē distinctū vtute agētis m̄am vel subiectū de terminare ad alterū extremorū motū: sicut vtute calidi motū determinate ad ipā caliditatem quod erat tepidū: et p cōsequēs cōfuse calidū distincte calidū efficiat̄: et vtute alterātis frigidū efficiat̄ distincte frigidū. **Q**uē admodū autē in istis ē sic etiā fm istos et in formis subālib^o suo modo eē vt. si enī forme subāles sub eē distincto accipiāt se pati non p̄nt circa eādē p̄tē m̄ae. **I**n quā t̄ mā sub eē indistincto et cōfuso oēs infimul existūt. h̄ autē eē cōfusus vt dicūt nihil aliud ē quā habit^o cōfusus formarū et potestas habitualis m̄ae in qua potestate ipsa materia habz cōfuse omēs formas: nullā tamen distingit: sicut etiā genus potestate quadā que ē habit^o cōfusus differētiarū indistincte et cōfuse distingit omēs habz. et sicut gen^o p intellectū ad alterā dīarū determinat: sic etiā et mā p vtutē n̄alis agētis determinat ad alterā formarū in ipā indistincte p̄mitus cōtētārum: vt sic dici possit quod forma substantialis quantū ad eēntiam suaz totaz et non quantū ad partē quā indiuisibilis ē sub eē confuso aī gnātōem existit necesse in mā: et p gnātōem vtute n̄alis agētis etiā quantū ad eēntiam suaz totaz de eē cōfuso deducit̄ ad eē distinctū. vt sic etiā quā ad esse partim sit ab intus et partim ab extra. quātum vero ad eēntiaz tota sit semp in mā: sub esse tamē confuso vt dictum est: de quo ad eē distingitum p agēs exterius deducatur. **I**sta autē op̄io vno modo ipsam intelligēdo vera est: et alio modo falsa. **P**er eē etenim cōfusus: aut intelligitur actus existēdi: aut sola aptitudo materie ad esse et ad formam que est ratio existēdi. et quidē si per ipsum confusus eē intelligat̄ actus aliquis existēdi: ita videlz quod ponēdo formas existere in materia sub eē confuso: necessariū sit eas ponere actu existere in materia: erit positio omnino impossibilis. **A**d cui^o intelligētiam sciēdum ē quod cum nullum indiuisibile hēat partē et partē: de necessitate oportet dicē quod vnū indiuisibile attingēs aliud indiuisibile fm se totū et totali totalitate sue eēntie aliud indiuisibile totum attingat. **E**st autē eēntia materia de se cui forma substantialis coniuigat omnino indiuisibilis. vñ oportet de necessitate quod forma subālis actu attingēs eēntiam m̄ae fm se totam et totaliter ex parte sua ipam totam actu attingat. si autē essentia forme actu est in materia necessariū est dicere

q̄ actu attingit ipsi⁹ essentia. nō enim est intelligi-
 bile q̄ essentia forme sit actu in materia: et actui
 essentie ipsius materie non cōiūgatur. Ex hoc autē
 q̄ essentia forme tota ⁊ totaliter attingit totā eēn-
 tia materię: confurgit actualis existētia cōiūcti
 tota ⁊ cōpleta. Si igit̄ essentia forme actu in ma-
 teria ponat̄: necesse ē dicere q̄ materia stet actu
 sub esse cōpleto nato consequi formā illam: et p̄
 consequēs si ante generatōem forma actu tota ē
 in materia: oportet dicere de necessitate q̄ esse ge-
 nerati totū ⁊ cōpletū generatiōi p̄existat. quod ē
 impossibile. nō pōt autē dici q̄ forma q̄tū ad esse
 eēntie sue ante generatōem est in mā: ⁊ nō q̄tū
 ad esse existētie. quia per hoc q̄ alicui cōrespōdēt
 eē eēntie non dicit̄ actu existere in aliquo: s; solū
 per se existere. Cuius ratio est. quia ⁊ si eo ipso res
 haberet nō quidē existere posse sed actu existere
 quo habet esse eēntie: cum esse eēntie vnaq; res
 eēntialit̄ ⁊ inseparabil̄ habeat: habebit vnaqueq;
 eēntialit̄ ⁊ inseparabil̄ actu existere. quod est herē-
 ticū. igit̄ si solū esse eēntie ipsi⁹ forme aū gnatiōem
 respicit̄ a mā ⁊ nō esse existētie: p̄ hoc ip̄a forma
 nullo modo habebit q̄ actu existat in materia: s;
 solū q̄ ip̄a possit existere. Si autē dicat̄ q̄ essentia
 forme ante generatōem est cōiūcta mat̄ie actu:
 sed impfecte: patz q̄ hoc nihil est. cum enim talis
 essentia sit indiuisibilis: si actu alicui cōiūgit̄: tota
 sibi cōiūgit̄. ⁊ si tota illi cōiūgit̄: nihil sui re-
 stat illi ampli⁹ cōiūgendū: ⁊ per consequēs talis
 essentia est sibi perfecte cōiūcta. Est enim omni-
 no puerile dicere q̄ aliquid sit fm totā suā essen-
 tiam actu cōiūctū alicui: ⁊ tamē sibi sit impfecte
 cōiūctū. cum illud solū impfecte sit cōiūctū ali-
 cui quod fm aliquid sui est sibi actu cōiūctū: ⁊
 fm sui aliquid restat illi posteri⁹ cōiūgendū. Ex
 hoc autē patz q̄ nec etiā dici potest talis eēntia in-
 distincte cōiūcta esse materie. quia solū in potē-
 tia res indistincte continet̄: per actū autē ⁊ maxime
 per completū omnia distiguit̄. Essentia autē for-
 me vt ostēsum est si actu est cōiūcta m̄e: nccō
 est sibi cōiūcta pfecte ⁊ distincte: ⁊ per consequēs
 distinctiōe cōpleta: quod esse ante generatōem oīo
 nō pōt. ¶ **P**reterea. Si essentia formarū substā-
 tialium omēs in aliqua mā actu p̄existūt: aut sunt
 ille essentie formarū omnium indiuiduorum de m̄e
 potētia produci possibilium per naturā: aut eēntie
 formarū omnium specierū solum. Si sunt essentie
 omnium formarū indiuidualium produci possibilium
 p̄ nām: cum fm facultatē n̄e indiuidua produci
 valeant infinita: erunt simul in materia actu eēn-
 tie formarū substantialium numero infinite: ⁊ non
 solū semel sed multorēs infinite. quia sub qualibet
 specie rei generabilis: infinita indiuidua pdu-
 ci possunt successive: ⁊ forme pducibilium fm istos
 actu in materia productiōni p̄existant. Est autem
 omnino impossibile quod cōclusum est. igit̄ om-
 nino impossibile est in materia p̄existere actu es-
 sentias omnium indiuidualium formarū produci de

ip̄a possibilium per naturam: nō possunt etiā in ip̄a
 p̄existere eēntie formarū oīm sp̄ez solū: ita q̄ nō indi-
 uiduorum. qz forā sp̄ei de se sumpta s; s; sp̄ei cor-
 r̄ndet ē forā v̄lis. forā autē actu ex̄tis in mā ē forā
 indiuidualis. qz act⁹ eēndi n̄lo mō v̄li pōt nisi in
 indiuiduo p̄petē. v̄n si in mā nō ponant̄ forē indi-
 uiduales s; v̄les: nō erūt v̄lo mō actu in mā: sed
 potētia solū. q̄ si actu in ip̄a existē dicant̄ nō erūt
 v̄les sed indiuiduales indiuiduis p̄mo corr̄ndens
 tes. nō est autē dare quare in mā sint poti⁹ forme
 corr̄ndentes aliquib⁹ indiuiduis q̄ aliis: ⁊ sic oportet
 tebit nccō in mā p̄existē actu formas oīm indiui-
 duorum de ip̄a pduci possibilium p̄ nām. qd̄ iā osten-
 dim⁹ eē impossibile. Si autē dicat̄ q̄ in illa mā actu
 p̄existit vna tm̄ forā numero fm vnāquāq; sp̄ez
 successive diuersis sp̄ei indiuiduis corr̄ndēs: appz
 h̄ subito eē impossibile. Cū. n. ab vnica forā sit vni-
 cū eē numero: ⁊ vnū numero eē nullo mō possit
 eē pluriū indiuiduorum numero distinctorum: sequitur
 de necessitate q̄ oīa indiuidua sub eadē sp̄e succes-
 siue de illa mā p̄ducta sint vniū numero. qd̄ ē oīo
 impossibile. de aliq. n. pte aque p̄ corruptiōem ipsi⁹
 poterit aliqua ps aeris fieri: ⁊ de illa parte aeris p̄
 ei⁹ corruptiōem fieri aq̄ poterit. ⁊ erit aq̄ p̄mo cor-
 rupta ⁊ postea gnāta eadē aq̄ numero. qd̄ ē im-
 possibile. igit̄ oīo impossibile est pō q̄ ponit essen-
 tias totas formarū subalium actu p̄existē in mā. ¶ **P**
 illud eē cōfusū qd̄ ponit eē quidā act⁹ ex̄ndi: aut
 sequit̄ formā subalē vnā eēntialit̄: aut foras subā-
 les eēntialit̄ distinctas. oīs etenim act⁹ ex̄ndi eēntiaz
 alic⁹ forē cōsequit̄. Et quidē si vnā formā tm̄ cōse-
 quit̄: tm̄ vna forā p̄ tale eē ponit̄ in mā: nō enī p̄
 actū ex̄ndi in mā alia forā ponit̄ nisi illa quā illō
 eē cōseq̄t. Sic ḡ sub tali eē cōfusio nō poterūt dici
 ex̄stē in mā eēntie oīm formarū subalium de ip̄a pdu-
 cibilium. Si autē tal act⁹ essendi cōseq̄t foras subā-
 les eēntialit̄ distinctas cū de necessitate ad formas
 distinctas eēntialit̄ sequat̄ act⁹ eēndi realit̄ distincti
 eē illō sub quo multe forē subāles sūt in vna pte
 m̄e ponit̄ erit nccō nō cōfusū s; distinctū: ⁊ p̄c̄is
 in eadē pte m̄e sūt p̄les forē subāles sibi inui-
 cē repugnantes sub eē distincto. qd̄ ē impossibile. ergo
 oīo ē impossibile pō q̄ ponit formas subāles q̄tū
 ad totas suas eēntias sūt p̄existē in mā sub eē cōfu-
 so. si tamē p̄ eē tale aliquis act⁹ ex̄ndi intelligat̄ ⁊
 nō aptitudo ad existētia actualē. ¶ **Q**uō si p̄ esse
 cōfusum non intelligat̄ existētia in actu sed i apti-
 tudine solū: vera esset opio. Et forte sic ista positō
 intelligitur. per actum etenim res ad inuicem disti-
 guūtur: que in aptitudine indistincte ⁊ cōfuse habentur.
 Actus etenim distinguere habet ⁊ determi-
 nare aptitudinē rei. Eo igit̄ ip̄o quo ip̄i dicūt for-
 mas subāles nō p̄existere in mā sub esse distincto:
 sed sub esse cōfuso: videntur velle q̄ ip̄e in ea sub
 existētia in actu nō p̄existāt: sed solum sub existētia
 in aptitudine sumpta: in q̄ existētia indistincta ē ⁊ cō-
 fusa. ¶ **M**anifestū ē. n. q̄ mā naturalit̄ inclināt
 in esse habendum: ⁊ non nisi per formam. in sua

Questio

igitur inclinatio naturali iam includit omne esse cuius forma de ipso educibile et essentia per cuius forme que sibi est ratio et principium extrinseci. si. n. sit aliqua forma in cuius essentia non inclinatur: sicut ipsam in sua naturali inclinatione non prehabet: sic etiam actu ipsa informari non poterit. Materia igitur in sua inclinatione naturali que est eius naturalis aptitudo ad formam: prehabet necessario esse consequens formam qualibet et sub illo esse essentia tota cumilibus forme etiam prehabet necessario. Et quia materia non magis de se inclinatur in unam quam in alias: ideo in sua aptitudine naturali includit equaliter omnes formas et sibi esse consequens eas. et sic non distincte habet hanc vel illam: sed indistincte omnes et sub esse confuso. Quia autem actu sua aptitudo perficitur forma aliqua. quia de ratione actus est distinguere aptitudinem materie ad formam unam. Efficitur tunc sic distincte sub una forma quod infirmum cum ipsa forma actum distinguendum et determinandum eius naturalem inclinationem: aliam habere non potest. Et quia unumquodque ad id movetur naturaliter ad quod habet aptitudinem naturalem. non autem movetur ad ipsum: nisi quando id actu non habet. quia quoniam id actu habet: sub ipso naturaliter quiescit: sicut grave. quia aptum natum est habere locum deorsum quando ipsum actu non habet naturaliter tendit deorsum. quando vero est actu in loco deorsum: in ipso naturaliter quiescit. ideo et materia cum actu formam habet quare est apta nata habere: non movetur ad ipsam sed in ipsa potest naturaliter quiescere. cum vero eam actu non habet propter aptitudinem naturalem quam de sua essentia habet ad ipsam: naturaliter siue forma suam naturam tendit in ipsam. Et quia unumquodque id quod de sua habet aptitudinem naturalem: habet semper actu: nisi aliquod impediens ipsum extra illius actualitatem detineat: sicut grave est semper actu deorsum quantum de se est. et propter aliquod impediens quandoque est locum deorsum detineat. ideo et materia quantum ex se est: semper est actu sub forma illa quam de sua aptitudine naturali habet. et si extra illam detineat quandoque per aliquod impediens eam sub ipsa stare. Et quia in detentis extra id quod de sua habet naturalem aptitudinem per aliquod impediens: necesse est aliquid dare quod prohibens remaneat si actu in id tendere debet. ideo et si materia per aliquod impediens remota a forma sibi debita: naturaliter actu in ipsam tendere debeat: necesse est dare oportet aliquid quod ab ipsa remoueat impediens eam sub forma debita sibi stare. Impedit autem materia ad principium agendi stare sub forma quam est apta nata de sua natura habere ad agendum principium: propter dispositiones contrarias illi forme in ipsa materia existentes. has igitur dispositiones necesse est primo a materia remoueri. unum autem superiorum a subiecto non remouetur nisi per inductionem alterius. si ille dispositiones superiores fore inducere debent a materia remoueri: necesse est in ipsam introduci ab agente dispositiones illis superioribus: ipsam formam agendi cuius similitudo in materia impeditur existens. Et sic quod iste dispositiones existens agendi formam: magis ac magis in materia inducitur: dispositiones superiores

impediens materiam ad agendum principium actu stare sub forma simili fore agendum magis ac magis remouebitur et materia velocius in similitudinem tendet agendum. et etiam motus naturalis in fine fortior quam in principio propter id quod velocius impediens semper est circa principium fortior quam circa finem. unum igitur impeditum esse deorsum per corpus in medio in ipsum. et locum deorsum existens: quanto magis ad locum deorsum appropinquat: tanto velocius movetur quod continue corpus impediens minus efficitur et minoris virtutis ad impediendum habet autem toto remoto: statim igitur in illo ubi efficitur quod a suo naturali deservit gravitate. Sicut autem in his est: sic suo modo est et in motu materie ad formam. In principio etenim dispositiones superiores habet inferiores et fortius impediens materiam stare sub principio agendum similitudine: sed per continuationem inductionem dispositionum existens formam agendum et remotiorum superiorum debilitat dispositionum impediens virtus et materia fortius in agendum principium similitudine tendit donec tandem toto impediens remoto in ipso instanti remotioris principium agendum similitudine perfectissima deservit: quod similitudine adeptam ipsa postea naturaliter quiescit: virtus potest sui naturalis appetitum motu quieto et complemento adeptum. Et quia perfectissima similitudo est quod attenditur habet subiectum et sic formam subiectalem. perfectissima autem agendum similitudine materia non deservit nisi in instanti in quo completum totum impediens remotio. ideo materia solum in instanti ultimo remotioris dispositionis impediens eam similitudine agendum assequitur deservit formam subiectalem fore gravitatis similem. sic quod per similitudinem potest que est etiam in superiorum recitatas: quod materia actu ante gravitatem compositi formam non habet: sed solum in potentia et aptitudine naturali. Per etiam quod motus eius ad formam et ad species gravitatis non est violentus sed naturalis cum sit habet naturalem aptitudinem ipsam et violentus sit etiam naturalis aptitudinem rei morte. Per etiam quod motus materie ad naturalem formam est omnino divinus sus a motu ligni ad formas artificiales. nec enim lignum naturaliter inclinatur in formam artificialem: et ideo etiam naturaliter non tendit in ipsum. In materia etiam quod ad formam artificialem movetur non efficitur virtute agendum aliquid quantitas activa dispositiva ad formam artificialem: ad eam receptorem ipsa dici possit remoueri ab ea quantitas fore quod inducenda est resurgens: et ipsa materia etiam ex virtute velocius tendit ad similitudinem agendum principium patet: sicut existit in motu naturali quo materia tendere debet ad agendum sibi principium perfectam similitudinem. His igitur consideratis facile est ad argumenta facta in superiorum respondere.

Ad primum itaque dicendum est quod forma non solum dicitur de actu substantifico qui est perfectio propria materie: sed etiam de quidditate specifica que appellari consuevit forma totius: que quidem forma composita est ex actu substantifico et essentia materie. Et accipiendo quidem formam primo modo inchoatio forme dicitur ipsa actus substantifici essentia manens et inclusa ab ipsa creatione materie in aptitudine naturali ipsa. Accipiendo vero formam secundo modo: inchoatio forme dicitur essentia ipsa materie. non quidem actu: sed sua aptitudine naturali essentia actus substantifici coniuncta. Quod autem sic beatus Augustinus forme inchoationem accepit patet per hoc quod in eodem libro dicitur: quod hec inchoatio velut materies subiacere videtur artifici.

Ad secundū dicendū q̄ omnis res quicquid
progressu naturali per tempa congrua p̄dit atq̄
explicat etiam ante continebat sed occulte. quia
non cōtinebat in actu: sed in aptitudine naturali.
Ad tertiu dīcēdū q̄ forma p̄ accūs p̄ducit: q̄a
ad p̄ductōem p̄positū. q̄ cū agēs agat sibi sile oī
mode cū est agēs dīctū z ipm̄ s̄ in sua subā cō
positū ex mā z forā nō p̄t sua silitudo in simpli
ci forme eētia refuari. z iō nō p̄ducit eētia sim
plicis forme ad esse sed specificā q̄dditatē p̄positū
sub forā s̄ia nō actu p̄eritē: s̄ aptitudine nālī p̄
ducit ad actū eētia. h̄ aut̄ totū de nō eē ad esse. p̄
ductū p̄ q̄ de nō ente simplr nō p̄ducit: s̄ de nō
ente actu ente aut̄ in potētia. q̄ ipm̄ totū ante de
ductōez ad actū sub forma s̄ia potētia p̄eriste
bat: z si n̄ actualr vt p̄dictū est. iō totū nō p̄ducit
p̄ creatōez q̄ oīo n̄ p̄supponit: s̄ p̄ gnātōem q̄
p̄supponit ens in potētia. forma aut̄ q̄ est act̄ sub
stātic̄ p̄ducit ad p̄ductōez cōpositū: z ideo nō p̄
accūs cās ad creatōez alteri. Cū aut̄ p̄positū p̄du
cit p̄ viā gnātōis nō ad creatōez s̄ ad gnātōez cō
positū tūc p̄ducit forā: z iō tūc gnāt̄ p̄ accūs: z nō
creat̄. **A**d q̄rtū dīcēdū q̄ forme p̄oz p̄ductōz
ad eē fuerūt a deo in s̄l cū mā z p̄positus create: q̄
bus p̄ductis cōcreata etiā fuit z viri p̄ducēdi s̄
bi filia que p̄ opa admīstratōis a deo mediātib̄
secūdis agētib̄ tanq̄ suis instris p̄grediūt ad eē:
z iō aīa ipi creature merito appellāt. **A**d q̄ntū
dīcēdū q̄ in motu nālī ad formā: mā q̄ ad for
mā mouet̄ p̄fert ad motū p̄ aptitudine nālē ex q̄
nālī cōpetit sibi talis mot̄. q̄ de his q̄ volenter
moueri dīcūt dīcī nō p̄t vt. s̄. dīctū ē. **A**d. vi.
dīcēdū q̄ in mā stante sub forā sanguis est incli
natio magis de m̄nata ad formā carnis q̄ lapī
dis. q̄ in ipa inchoata est iā ad aliq̄le ḡdū: vt p̄o
te ḡdū p̄fecto p̄pinqū dēducta dīspō ad formā
carnis: nō aut̄ in ipa sic est inchoata dīspō ad for
mā lapidis. **A**d. vii. dīcēdū q̄ z si mā in sua po
tētia z nālī cap̄itate: aīaz ītellectiua aliquo mō
īcludat: nō t̄n eā totalr ītra suā nālē cap̄itate
cōcludit cū t̄n ītra ipaz formas alias nāles cōclu
dat. z iccirco merito alie oēs p̄ter ītellectiua ani
mā de ipa dīcūt educi. **A**d. viii. dīcēdū q̄ mā
stans sub forma vna: magis in vna īclinat̄ q̄ in
alias p̄p dīspōem īchoatē z dēducētē ad altioez
gradū dīspōis ad formā vna q̄ ad aliā: vt p̄dēz ē
Ad. ix. dīcēdū q̄ dīspō q̄ est in mā stante sub
aīa aīati p̄fecto est dīspō iā cōpleta z virtute nālī
gnātīs ad gradū vltimūz dēducta. z iō iā ē ī suo
termino nālī. Contīngit aut̄ vt dīctū est ī mate
ria stante sub forma alicui māiati esse dīspōem
nō quidē vltimatā sed īchoatā: z p̄ cōns ī vltē
riorē dīspōis gradū materiā ordīnantē. quia ī
p̄fectū ad sui p̄fectōem nālē naturalr īclinat̄.
Ad. x. dīcēdū q̄ cū transmutatio de sua rōne
īcludat carentiā ei ad quod tendit. q̄ n̄nīl mo
uet̄ ad id quod iaz habet sed solū ad id quod nō
habet: nō est m̄rū si p̄uatio que dīcīt p̄uatioz ca

rentiaz act̄ cū aptitudine tamen naturali ad ipm̄
p̄t esse ipi naturalis transmutationis p̄ncipiū.
Ad. xi. dīcēdū q̄ species vel forma p̄ quaz po
nūt materia ī actu naturali que est p̄fecte et vere
species: dīcīt magis natura eē q̄ materia. vt patet
p̄ rōnes Arī. ibidē: z nō spēs dicta de p̄uatiōe que
sicut dīcīt carētia h̄r̄ z t̄n quodāmō h̄r̄ dīcīt vt
h̄r̄ q̄nto metha. sic etiā z dīcēs carētiaz spēs dīcīt
quodāmō spēs z q̄dā accūs māe. **A**d. xii. dī
cēdū q̄ p̄uatio ī artificialib̄ dīcīt carētiaz forme
absq̄ pōne nālī īclinatōis ad ipaz: cū vt. s̄. dīctū
ē: res nālī nō īclinef̄ tāq̄ ī suā nālē p̄f̄cōez ī for
mā artificialē: s̄ p̄uatio ī nālīb̄ vt plies dīctū est:
sic ponit ī mā carētia fore q̄ ipa relīnq̄t aptitudi
nē nālē ad eā. z h̄ sufficē vt ad vtiāz vtriusq̄ p̄u
ationis. **A**d. xiii. dīcēdū q̄ forme subāles z h̄ sūt
p̄ncipia q̄lītatū actiua: z passiuaz: sūt t̄n ī dīuī
sibīlis eētie: iō ī mā ī q̄ nō sūt actu s̄m se to
tas eē etiā actu nō p̄nt s̄z aliq̄d sue eētie. **A**d
xiiii. dīcēdū q̄ vlr de oīb̄ substātijs trāsmutabili
b̄ nālī loq̄ndo sic eē vt q̄ ipa forā subālis nō est
īmediatū trāsmutatōis p̄ncipiū: s̄ pot̄ h̄ ē ipa q̄
lītas actiua a forā subāli rei nālī p̄ueniēs. h̄ aut̄
actiua q̄lītas cū v̄tute agētīs nālīis zīgētīs passī
uū effīcīt ī passīuo formālī ipm̄ ab agētīs dīssī
mīle ad silitudinē nālē trāsmutat: īcōtū p̄ ipius
īductōez vt. s̄. dīctū est remouet̄ īpediēs passī
uū tēdere ī agētīs sibi p̄ntīl silitudinē. v̄n z q̄to
magis ad ipi īductōem de dīspōe motū ad illā
silitudinē īpediēte remouet̄: tāto vt. s̄. dīctū est:
passīuū veloci tēdit ad eā. z q̄nī iā tota īpediēs
t̄ remōtio p̄fīcīt assequit̄ statī vt p̄dictū est ipsūz
passīuū cōpletā agētīs silitudinē: q̄ est silitudo ī
specificā q̄dditatē: cū agēs fuerit vniūcū. p̄ hāc
q̄ q̄lītatē actiua q̄ sīlis est q̄lītatī agētī: ipm̄ passī
uū formālī tendit ī silitudinē gnātīs: effectiue
nō tēdit ī ipam p̄ agēs extrīnsecū q̄ illā ī ipō
effīcīt q̄lītatē. z talis vīr actiua vel q̄lītas que ē
īmediatū formale p̄ncipiū talis mot̄: cū ipō nālī
motu p̄ se z nō p̄ accūs dīūgīt ī passīuo nālī. q̄d
de artificialib̄ dīcī nō p̄t. Et sic p̄z mīso ad. xiii.
z ad alia q̄ttuo: argumēta seq̄ntia. **A**d. xix. dī
cēdū q̄ forme nāles de māe potētia educūt z ī
ipā potētia p̄fuerūt aī gnātōez. **A**d. xx. dīcēdū
q̄ forma subālis nālīis p̄ corruptōem nō cedit ī
pure nīlī: s̄ cedit ī ens ī potētia: q̄ redit ī potē
tiā māe. **A**d. xxi. dīcēdū q̄ ipa eētia aīe est ra
dix potētia: z iō ī ea remanēt sicut ī radice. et
siquis q̄dē dīcere velīt q̄ eētia māe sūt radix for
maz poterit dīcē post corruptōez eas radicaliter
ī mā remanē: nec iō t̄n hēbit q̄ aliq̄d de eētia
forme actu ī mā remaneat: cū ipa mā nīlī sit ta
lis eētie. v̄ez est aut̄ q̄ silitudo oīo nō valz. quia
eētia aīe est p̄ncipiū potētia: sed essentia māe
non sic est p̄ncipiū formaz: z forma est p̄fectio
materiae: non autem potētia essentīe zc.

Questio sexta ē

Utrum forma subālis imediate
 diūgat pme māe. Et videt q nō
 Actus. n. actiuoz vt habet in se/
 cūdo de aia: sunt in patiēte z di/
 spofito. forma aut subālis ē act^o ab aliquo actiuo
 pofit^o in mā q rōem z locū patiētis tenet. igit for/
 ma subālis nō pōt eē in mā nīf difpofita: z fic vī
 q māe vniat mediate difpōe. **¶** In hñtib^o fim
 bolū vt in de gnātōe dī faciliōr est trāfit^o. g cum
 pp simbolicas qualitates fiat tranfit^o ab vna forā
 in aliā faciliōr: vī q p simbolicā qualitātē forma
 subālis māe vniat. **¶** Act^o quilibz ei vniat cuius
 est actus: sed quedā forma subālis vt aia est act^o
 corpis pbyfici organici: vt dī in secundo de aia. g
 aia corpi pbyfico organico vniat: s; corp^o pbyfici
 organici nō est mā pma: cum fit opofitū ex mā z
 forma. igit ad mīn^o forma subālis q est aia: nō im
 mediate diūgit māe pme. **¶** Una forma non
 pōt vniū nīf māofianti sub pūatōe alteri^o: s; cuz
 pūatio nō fit pura potētia: qz tūc non differret a
 mā nec fit pure nihil: qz tūc nō eēt pncipiū entū
 naturalū: relinq^o fit qdā actus: z fic p cūf nlla
 forma vniat nīf māe ftanti sub quodā actu impy
 fectō. **¶** q sunt realit^o diuerfa nō vidēt pofse fi
 ne aliquo medio diūgi: s; forma subālis z mā fūt
 realit^o diuerfa. g zc. **¶** forma nō pōt diūgi ma/
 terie fine bis que ipam in mā nccō pcedūt: s; di/
 fpōes ad formā nccō pcedūt formā in mā. g for/
 ma nccō vniat māe mediātib^o difpōib^o. **¶** Si di/
 q difpōes pcedūt formā in via gnātōis: nō autē
 in via eēndi. **¶** Nota. Cū fieri terminet ad eē: de
 neceffitate illa sunt pūs que pūf fūt: z p cūf que
 pūs hñt fieri in mā pūs etiā exiftūt in ipa. fi ergo
 pūs in mā difpōes inducūt qz forma: oī nccō q
 in ipa etiā pūs exiftūt. **¶** Si dicas q in ipa prius
 exiftūt fub gdu impfecto: s; fub gdu pfecto cūf
 formā. z ideo nō fūt mediū vniōis fore ad māz
¶ Nota. cū difpōes ad formāz nō auferāt a mā
 p aduentū forme fi aliquo mō fūt in mā añ for/
 mā: nccō est vicē q ad mīn^o eo modo quo a forā
 in mā pūpponūt ipis mediātib^o forā mē diūgat
¶ fm cōmēt. in de subā orbis: dimēfioes inter/
 minate fūt in mā añ oēm formā: nec abijciūt p
 aduentū forme s; folū termināt. igit ad mīn^o me/
 diātib^o dimēfioib^o inēminatis forma subālis diū/
 git māe. **¶** Si di. q opio cōmēt. nō est vera s; poti^o
 forā subālis añ oēm dimēfioem recipit in mātia
¶ Nota cum essentia māe fit indiuifibilis de fe:
 fi forma subālis recipit añ dimēfioez in mā: recip/
 pief nccō in ipa fm q indiuifibil: z p cūf eā torā
 replebit: nec aliqd de mā actu iueniri pōt extra
 formā vnā sub alia forma: s; h est flū: qz fiml mā
 fub diuerfis formis diuifa inuenit. g qliber talūz
 formāz pūpponit dimēfioes interminatas.
¶ qd est oib^o cōe nō cōfeq^o ppaz formā alie^o:
 s; dimēfio interminata est oib^o gnābilib^o cois. qd

pz. qz nulli appropat dimēfio nīf sub certa termi
 natiōe. **¶** Notat aut q ipa de fe nō ē nata stare pl^o
 sub vna terminatiōe qz sub alia. igit ipa de fe non
 magis appropari pōt vni qz alteri. z cū oib^o cōue
 niat dimēfioes hñt: fequit qz fubblata terminatiōe
 ipa dimēfio oib^o fit cōis. fola g iminatio dimēfio
 nū cōfequit formāz ppas finguloz. ipa vō dimen/
 fio oib^o pūpponit in mā. igit oēs forme subāles
 mediate dimēfioe interminata materie cōiūgūt.
¶ Mā nunqz expoliat respectu ad formā. qd
 etiā anteqz formā hēat refpicit formā ipaz z etiā
 cū actu ipa pficiat: nec vnqz forma pōt diūgi nīf
 māe actu ipaz refpiciet: necō igit forma qlibz tali
 respectu vniat māe: sed talis respect^o est accūs. igit
 qlibz forma materie vniat mediate aliquo accūs.
¶ qd nō pōt eē imediate actōis alie^o agētis
 fubiectū. nō pōt etiā eē immediatū fubiectū act^o
 ex actōe illa cōfurgētis: s; mā pma nō pōt eē ime/
 diatū alie^o actōis fubiectū. qz pura potētia nō pōt
 eē paffiois fubiectū: z p cūf nec actōis. Quapp
 nec fubiectū eē pōt act^o ex actōe cōfurgēt agentis
 alicuius: s; forma cuiuslibz rei gnābilis in mā cō
 fūrgit ex actōe gnātis. g mā pma nullū forme
 gnābilis eē pōt fubiectū imediatū. **¶** In dīū est
 q ex mā z forma fit eēntialiter vniū: s; ex bis q p
 aliquod mediū nccō diūgūt nunqz fit eēntialiter
 vniū. igit mā z forā subālis nō vniūt fibi p aliqd
 mediū. **¶** Ratio. ad hāc qōem fimplr dicēdū ē
 q oīs forma subālis imediate diūgit pme māe.
 qd pōt ad pūs in tripli cōmētari. **¶** Et pma qdē
 fumit^o ex eo q forma z mā fūt eēntialia pncipia
 rerū nālū. Ad cui^o intelligētā cōfiderādū ē q ea
 ppe dicūt eēntialia pncipia alie^o q eēntiaz ei^o
 ingrediūt. eēntiā aut opofitū ingrediūt oīa q fpe/
 ctant ad pmarā cōfōem ipi^o. Et qz tā mā qz forā
 fpectat ad pmarā cōfōem rei nālū. iccirco vtrāqz
 fūt eēntialia pncipia talis rei. fi aut inē materiā z
 formā nccō inēndit aliqd mediū: ita videt qz fibi
 inuicē opōni nō poffunt: nec vllō mō ad cōfōem
 mālis rei cōcurrere nīf illud inēndat mediū inter
 ipa: erit nccō z ipm fpectās ad eēntialē opōem et
 cōfōem pmarā rei pdicte: z erit p cūf eēntiale
 ipi^o pncipiū. **¶** Qd aut h stare nō poffit ftarim pmo
 afpectu appz: cū fm pfm in pmo pbyficoz: pnci/
 pia p fe rez nālū que fūt pncipia eaf eēntialiter
 cōfōētū z ingrediētū opōez eaz nō fūt nīf trī
 duo: vtpote mā z forma: tertūz vō ficut pūatio nī
 est pncipiū p fe: nec est rē eēntialit cōfōētūes. Sed
 z magis ingrediētū appz h stare nō poffe fi cōf/
 dere qualif eēntia poffit eēntia illi^o mediū. nccō est
 eni q aut fit eēntia opofita ex mā z forā: aut eēn/
 tia materie vni: aut eēntia forme vel act^o subālis:
 aut eēntia forme vel act^o accūs. nō pōt aut eē
 eēntia act^o accūs. qz illud mediū vt est cōfōis:
 nccō est venire ad pma cōfōez mālis fubē z eē
 pncipiū eēntiale ipi^o. accūs aut eē nō pōt de cōf/
 tūctū^o fubāz. qz ex nō fubftātijs nō fūt fubftātia
 Et p oē accūs nē ordine pūpponit fubiectū fūū

Subiectū autē accētis actus habētis realitatē ali-
quā vltra realitatē sui subiecti. q̄a de tali accidere
loq̄mur nō pōt eē sola mā. q̄ pura potētia nō po-
test esse immediatū talis accētis subiectū. Non
pōt etiā eē sola mālis forma que nō est p se exiēs
quia subiectū talis accētis eē d̄z quid p se potens
existere. relinquit ergo q̄ ei subiectū sit quid cō-
positū ex mā z forma. p̄supponit igit̄ nccō tale ac-
cidēs ante se ens ex mā z forma cōpositū. Quod
autē tale cōpositūz p̄supponit: nccō etiā p̄supponē
d̄z cōiunctiōez forme z māe. z qd̄ hāc cōiunctiōem
nāe ordine p̄supponit: eē nō pōt mediū cōiunctiōis
eorū. Concludit ergo de nccitate q̄ eēntia rei q̄ ē
mediū cōiunctiōis forme ad mā: nullo modo esse
possit eēntia forme accētalis. nō pōt etiā essentia
talīs eē quid cōpositū ex mā z forma. quia tūc ad
eēntiā vni rei mālis occurrēt due māe z due for-
me. q̄ mā z forma cōstitutiō eēntiā mediū: z mā
z forma que p̄ illud mediū cōiungi ponūt. Cū enīz
hoc sit oīo absurdū: absurdū est etiā inter eēntiā
māe z eēntiā forme subālis interciderē mediū rē
cōpositā ex mā z forma. Nō pōt etiā poni q̄ eēn-
tia talis mediū sit eēntia māe. q̄ tūc etiā ad vnius
rei cōiōem due eēntie materiē cōcurrēt. quod
sitr est absurdū. Nō pōt etiā esse eēntia dicti me-
diū eēntia forme subālis. quia essentia hui⁹ forme
adiūcta eēntie māe facit de se subāz cōpletā. Si ḡ
mediū cadēs inter formā subālē z p̄mā mā sit
forma subālis adiūctū māe: faciet sine forā sequē-
te cōpletā subām. z forma etiā subālis nāe ordine
h̄ mediū ante se in nā p̄supponēs: nccō p̄suppo-
nit subām cōpletā: sed oē qd̄ nāe ordine cōpletam
subām p̄supponit est accētis. Si igit̄ impossibile ē
q̄ forma subālis sit accētis: ipossibile est p̄ cōis q̄
aliq̄ forā subālis an̄ se aliq̄uā formā subālē i mā
p̄supponat: z p̄ cōis ē etiā ipossibile q̄ inē formāz
subālē z p̄mā māz aliq̄d incīdat mediū cui eēn-
tia sit essentia subālis forē. Si ḡ inē māz z formā
subālē nō pōt cadere mediū qd̄ ex mā z forā cō-
positū: nec aliq̄ altera mā: nec eēntia subālis forē
nec res q̄ sit act⁹ accētis: relinquit̄ q̄ inter ipa nulla
res incīdat: z q̄ oīs forā subālis imēdiate sit in
eēntia p̄me māe. Et sic p̄mā via ostēdēdī cōpositūz
cōpletā ē sumpta ex eo q̄ solū mā z forā sint essen-
tialia p̄ncipia māliū subārū. **¶** Secūda vō via ad
ostēdēdū idē sumi pōt ex cōp̄atiōe potētie ad actū.
Ad cui⁹ intelligētā cōsiderādū ē q̄ potētia h̄ipm
qd̄ ē ad actū or. h̄ autē ipm qd̄ ē potētia: ē ipa qd̄
diratua z eēntialis rō potētie. igit̄ potētia eēntia
lit̄ or ad actū. Si igit̄ inuenire possum⁹ aliq̄ duo:
quoz vni h̄ipm qd̄ ē in sua eēntia sit potētia et
reliquū: h̄ipm qd̄ ē in sua eēntia sit act⁹ p̄ illius
potētie: h̄ duo p̄ h̄ipm qd̄ sunt in sua eēntia: erūt
ad inuicē ordinata: ita vīs q̄ inē ipa nihil oīo pōt
cadē mediū. sunt autē talia mā p̄mā z forā subālis
Subālis etei forā h̄ipm qd̄ ē in sua eēntia ē sub-
stāntiā act⁹. actui autē substāntifico nō pōt cōiūctē
tanq̄ potētia p̄pā potētia accētalis p̄pē id q̄ act⁹

z potētia esse debēt in eodē genere. z act⁹ quidez
substāntific⁹ est in genere subē: potētia vō accētial
ē in genere accētis solū. Solū igit̄ potētia substā-
ntifica cōiūctē tanq̄ potētia p̄pā actui substāntifi-
co: h̄ potētia substāntifica ē ipa eēntia p̄me māe. ḡ
eēntia māe p̄me est p̄pā potētia act⁹ substāntifica
seu subālis forē: h̄ q̄libz act⁹ in p̄pā potētia recipit
ḡ z q̄libz subālis forā recipit tanq̄ i p̄pō susceptiuo
in eēntia māe p̄me: z nō in cōposito ex mā z forā.
qd̄ etiā meli⁹ cōsiderātib⁹ h̄ euidēt⁹ innotescit. sic
ei act⁹ substāntific⁹ est eēntialr actus: sic etiā potē-
tia substāntifica q̄ est p̄pā potētia ipi⁹ ē eēntialiter
potētia. Nullū autē cōpositū ex mā z forā ē eēntia
liter potētia: cū iā sit ex actu z potētia cōstitutūz ḡ
nec ex mā z forā cōpositū eē pōt substāntifica potē-
tia. Si ḡ oīs act⁹ substāntific⁹ in eo recipit q̄ ē potē-
tia substāntifica: cōcludit de nccitate q̄ nulla subāl
forā recipi possit in cōposito ex mā z forā: h̄ solū
in p̄mā mā q̄ est eēntialr potētia. Et p̄. substāntifi-
ca potētia idē est q̄ subā potētia: h̄ act⁹ substāntifi-
fic⁹ ad id or solū qd̄ est subā potētia. nihil autē cō-
positū ex mā z forā pōt eē subā potētia. Aut. n. ē
cōpositū ex mā z forā subāli: aut ex mā z forā ac-
cidētali. Et qd̄ si cōpositū sit ex mā z forā accētā-
li cū forā accētalis an̄ se p̄supponat formā subālē
erit etiā oīo cōpositū ex mā z forā subāli. Qd̄ autē
cōpositū ex mā z forma subāli est cōpositū ex subā
potētia z subā actu. q̄ mā ē subā potētia: z subāl
forā est subā actu: h̄ nihil cōpositū ex subā potē-
tia z subā actu ē subā potētia. ḡ nil cōpositū ex
mā z forā esse pōt subā potētia. sic ḡ oīs act⁹ sub-
stāntific⁹ vel subā forā recipit in potētia substāntifi-
ca: z h̄ est subā potētia q̄ nō pōt eē qd̄ cōpositū ex
mā z forā: h̄ nccō est ipa simplr eēntia p̄me māe
cōcludit de nccitate q̄ oīs forā subālis tanq̄ in p̄-
prio susceptiuo: recipit imēdiate in eēntia p̄me
māe. Et sic cōpletā ē secūda via declāndī cōpositūz
sumpta ex cōp̄atiōe potētie ad actū. **¶** Tertia via
autē ad idē ostēdēdū sumit̄ ex ordine actūz exīdī
Ad cui⁹ intelligētā cōsiderādū ē q̄ in tota vniuer-
sitate rerū fm q̄ etiā dixim⁹ in p̄cedētib⁹ qd̄ibus
nō inuenit̄ nisi duplex act⁹ exīdī. quia act⁹ exīdī
simplr: z act⁹ exīdī fm qd̄. Et act⁹ qd̄ exīdī simplr
est solū subē q̄ est ens simplr. act⁹ vō exīdī h̄z
quid ē solū accētis: qd̄ est fm qd̄ ens. Et que ad
modū qd̄ accētis nccō ordine nāe p̄supponit sub-
stāntiā: z nō ecōuerso: sic etiā de nccitate z esse fm
qd̄ ordine nāe p̄supponit eē simplr z n̄ ecōuerso
Que admodū autē inuenit̄ duplex act⁹ qd̄ dātarius
q̄ est rō eēndī. vñ quidez q̄ est rō exīdī fm qd̄: q̄
ē forā accētalis. z ali⁹ qui est rō exīdī simplr: qu
est forā subālis. si ergo subālis forma vltra eēntiā
p̄me māe q̄ est pura potētia p̄suppōit actū aliq̄
in suo susceptiuo: aut p̄supponit illū actū q̄ est for-
ma accētalis: aut illū qui est forā subālis. Et qd̄
si forā subālis in mā p̄supponit formā accētālex:
cū ad accētālē formā imēdiate fm ordine nāe
seq̄ eē fm qd̄: ad subālē vō cōsequat̄ esse simplr

Questio

de necessitate oportebit quod esse simpliciter ordine nature ante se presupponat esse secundum quid. hoc autem cum sit impossibile: concluditur impossibile esse quod forma subalternans ante se in materia presupponat aliquam formam accidentalem non potest etiam in ipsa presupponere formam subalternans. quicquid etenim in suo susceptivo presupponit ante se formam subalternans: presupponit etiam necesse in ipso et existere simpliciter quod de necessitate illam formam consequitur: sed nullus actus qui in suo subiecto presupponit ante se esse simpliciter esse potest suo susceptivo ratione extrinseci simpliciter: sed solum secundum quod: et omnis talis actus est actus accidentalis. si ergo nulla forma subalternans esse potest accidentalis actus nec per se in suo susceptivo presupponit existens simpliciter: concluditur de necessitate quod nulla forma subalternans presupponere potest in suo susceptivo aliquam formam subalternans. sed si nec actus subalternans: nec actus accidentalem potest subalternans forma in proprio susceptivo presupponere ut ostensum est: relinquatur de necessitate dicendum quod proprium cuiusque subalternans forme susceptivum sit pura potentia subiectiva: sed hoc est ipsa essentia materiae prime. quod necesse est quod omnis forma subalternans immediate in materia prima suscipiatur. Completa est igitur tertium via declinandi propositum: sumpta ex ordine actuum extrinseci. Apparet autem evidenter ex predictis quod irrationabilis est opinio dicentium quod aliqua forma subalternans non recipitur immediate in materia prima: sed in proposito ex materia et forma subalternans. Ad primum ergo dicendum est quod actus actiuorum ad formas subalternans referendo: non dicitur esse in patiente disposito. quia compositum ex materia patientis et qualitate dispositiva sit ipsorum susceptivum: ut videlicet talis qualitas in unione potentie et actus sit medium inter essentiam utriusque. sed omnino solum esse in patiente disposito. quia in patiente esse non potest sine dispositio ipsius convenientibus. per hoc autem non habet quod dispositio sit media inter materiam et formam: sed potius quod forma sit media inter dispositio et materiam. Ad secundum dicendum quod in huiusmodi symbolis facilius est transitus propter id quod qualitas symbolica in gradu uno esse quod forma una nata est in gradu alio illi pro quo sequi formam aliam. ad istum quidem gradum qualitatibus symbolicis non est possibile transire: nisi ordine nature prius sit in materia forma: quod nature qualitas consequitur in huiusmodi gradu. unde non est forma in materia per hanc qualitatibus gradum: sed potest e converso. Ad tertium dicendum quod actus ei unius cuius est actus tantum formabilis: et non ei cuius est actus tantum ipso formati seu perfecti: sicut lux suscipitur in vitro phano cuius est actus: tantumque ei quod est luce perfectibile. non autem suscipitur in lucido cuius est actus: tantumque quod est luce perfectum. et anima quidem est actus corporis organici: tantumque ei quod est ipsa formatum. et ideo in ipso non suscipitur sed in materia materia cuius est actus tantumque ei quod est anima formabile. Ad quartum dicendum quod privatio non est principium per se entium naturalium: sed per accidens. ut habet in primo philosophorum. et in materia non ponitur nisi forma cui annexa est negatio alterius forme. De alia autem forma nihil actu in ipsa ponitur sed aptitudinem solum: et sic forma in materia materia stant sub privatione forme alterius est una forma unius materiae carenti actu sibi opposito. Ad quintum dicendum quod ea que sic di-

versas sunt quod unum non ordinatur ad aliud sicut potentia ad actum: unum possunt per aliquod medium. materia autem prima et forma subalternans opposito modo se habent. quia prima materia ad formam ordinatur subalternans: sicut propria potentia ad actum proprium. et ideo unum sine medio.

Ad sextum et ad septimum dicendum quod dispositio ad formam fuit in materia sub gradu imperfecto antequam in ea sit forma: sed in gradu perfecto in materia fieri et esse non possunt: nisi prius natura rei fiat et sit forma ad quam dispositio esse disponit. Ad octavum dicendum quod argumentum illud ex falsa imaginatione procedit. imaginatur etenim illo modo arguetes quod forma prius manens est materia post materiae dispositio ipsi materiae dispositio applicetur et supra dispositio extrinseci in materia recipiatur. quod totum est falsum. Debent ergo imaginari quod forma de potentia materiae educatur ad productio substantie dispositio que illis dispositio subiectiva sicut proprius subiectum earum. ut sic. que admodum forma subalternans que abijcit ad inductionem alterius prius erat sub illis dispositio imperfectis manens immediate in essentia prime materiae: sic etiam et forma subalternans sequens de potentia materiae productio productio compositi fiat immediate in essentia materie manens sub dispositio iam perfectis. et sic dicendo apparet quod forma subalternans immediate est in essentia materiae prime et non mediante dispositio: cum dispositio non sit in materia sub forma: sed e contrario forma sub dispositio in ea existat. non enim materia sed formatum est talium dispositio subiectum.

Ad nonum dicendum quod dimensio interminata potest accipi dupliciter. Uno quidem modo ut idem sit dimensio interminata quod potentia dimensio. Alio vero modo ut sit idem quod actu dimensio non includens aliquam signatam terminatorem. utroque enim istorum modorum accipitur dimensio unius a dimensio terminata. nam terminata dimensio est actu dimensio et certa terminatio non includit. Et quocumque quidem istorum modorum accipitur dimensio: semper invenitur quod formam subalternans naturaliter presupponit in materia sed diversimode. Nam dimensio terminata in materia presupponit determinatam formam subalternans indeterminatam sumptam: cum potentia dimensio presupponat in ea potentia formam subalternans. Quod autem naturalis terminatio dimensio in materia presupponat determinatam formam substantialem ab omnibus est compositum. Quod autem dimensio presupponat etiam actu formam evidenter apparet. Constat autem quod actu dimensio in substantia intellecta facit intelligi substantiam actu dimensio. Si ergo actu dimensio intelligitur forme substantialem in materia: prius tunc omnibus formis substantialibus a materia per intellectum remanebit materia intellecta actu dimensio: et erit ipsa proprius subiectum dimensio in actu. Compositum vero ex materia et forma erit immediatum subiectum: non quidem dimensio nis sed solum terminatio. quod est impossibile: cum accipitur in actu subiectum proprium sit substantia in actu et non in potentia: et materia prima sit ens solum in potentia. ens vero in actu sit ens ex materia et forma compositum. Necessarium est ergo quod actu dimensio presupponat ens actu per formam substantialem. verum quia hac formam substantialem sequitur actu dimensio sub huiusmodi terminatio

